

ALEXANDER PAPA VII.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Commissi Nobis divinitus Sacrosancti Apostolatus officii ratio postulat, ut piis Christianorum votis, quibus Sanctorum in Coelis regnantium honor, & veneratio in terris augentur, paterna benignitate annuamus.

S. Januarius in toto Regno Neapolitano dignior Patronus.

§.1. Cum itaque ea semper fuerit erga S. Januarii dilectorum filiorum Populi Neapolitani Religio, ut quamvis idem Populus S. Dominicum Confessorem in totius Regni patronum duxerit assumendum, eum tamen S. Januarii digniori Patrono, utpote Martyri Pontifici, praeferendum nunquam assenserit.

Et S. Rituum Congr. Prae-minuat ut pote digniori Patrono decet.

§.2. Proindeque Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Praepositorum iterum, atque iterum supplicaverit, ut debitas Sancto Januarii Martyri, & Pontifici Patronatus Regni praerogativas decerneret: & eadem Congregatio supplicationibus huius die 4. Augusti 1663, benigne subscripserit.

D. Dominici festum de precepto servari mandari.

§.2. Nunc vero, ne exinde in eodem Regno devotio erga S. Dominicum decrementum aliquod patiat, Populus praedictus festum ejusdem S. Dominici Patroni in toto Regno Neapolitano pariter de precepto servari, ejusque Officium cum Octava, ut haecenus, ab universo Clero inibi recitari summopere desideret: Nos memorati Populi devotionem specialis favore gratia prosequi cupientes, ipsiusque Populi singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes.

Quo approbatur a Pont.

§.4. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de praedictorum Cardinalium consilio festum ejusdem S. Dominici Patroni in Universo Regno Neapolitano praedicto ab omnibus Christi fidelibus illic degentibus de precepto servari, & sicuti alia festa de precepto celebrari, ejusque Officium cum Octava, ut haecenus, ab universo Clero ejusdem Regni recitari, auctoritate Apostolica tenore praesentium decernimus, praecipimus, & mandamus, salva tamen in praemissis auctoritate praedictae Congregationis Cardinalium. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum

§.5. Volumus autem, ut eandem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhibetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Transumptum fides.

1664.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sua Annulo Piscatoris, die 28. Junii 1664. Pontificatus nostri Anno X.

Dat. die 28. Junii 1664. An. X.

CDLXXXIII.

Ut in Regnis Hispaniarum, & Indiarum de precepto recitetur officium, & Missa Conceptionis B. Mariae Virginis Immaculatae cum Octava.

Ex Regest. in Secr. Brev.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quae inter praclaras, multipliceseque Charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici virtutes eximie elucet erga Beatissimam Virginem Dei Genetricem Mariam devotio, aliaque omni laude digna ejusdem Philippi Regis in res sacras studia promoventur, ut piis ejus votis ad augendum ejusdem Beatissimae Coeli Reginae cultum tendentibus paterna benignitate libentissime annuamus.

Motiva.

§.1. Itaque iteratis, piisque precibus memorati Philippi Regis nomine Nobis humiliter porrectis benigne inclinati, ut in omnibus Regnis Hispaniarum, & Indiarum ejusdem Philippi Regis Imperio subiectis tum a secularibus, tum a Regularibus utriusque sexus, qui horas Canonicas recitare tenentur, Officium, & Missa Conceptionis Beatae Mariae Virginis Immaculatae cum octava in posterum de precepto recitetur cum lectionibus in Octavario Romano a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum approbato contentis, & a die octava ad decimam quintam Decembris rite dispositis auctoritate Apostolica tenore praesentium mandamus, & decernimus, idemque officium ad usum ejusdem Cleri seorsum ab Octavario Romano imprimi posse concedimus.

Officium, & Missa B. M. V. Conceptionis cum Octava in Hispaniis.

§.2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Clausula finale.

§.3. Volumus autem, ut eandem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, & gentium tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhibetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Transumptum fides.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 7. Julii 1664. Pontificatus nostri Anno X.

Dat. die 7. Julii 1664. An. X.

CDLXXXIV.

Confirmatio Alternativae in electione Provincialis, & aliorum Officialium Provinciae S. Josephi de Jucatan, in novae Hispaniae.

Ex Regest. in Secr. Brev.

Hispania Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provinciae S. Josephi de Jucatan, in nova Hispania Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod alias postquam dilectus filius Michael Angelus a Sambuca tunc temporis Minister Generalis dicti Ordinis Alternativam in electione Ministri Provincialis, & aliorum Officialium dictae Provinciae jam pridem ad litium occasiones extirpandas, de communi omnium consensu determinatam, seu stabilitam, & non solum per quondam Joannem Merinero, dum vixit Ministrum Generalem Ordinis hujusmodi, sed etiam in Capitulo Generali ejusdem Ordinis Toleti Anno 1645. celebrato roboratam approbaverat, ratificaverat, & confirmaverat per suas Patentes Literas tenoris, qui sequitur videlicet.

Requiritur Minister Gen. de alternativa prout in rub.

Fratres Michael Angelus a Sambuca totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici Patris Nostri Francisci Minister Generalis, & servus, Dilecto Nobis in Christo P. Fratri Josepho de Arcila Proministro Provinciae nostrae Sancti Josephi de Jucatan, in Regno novae Hispaniae, salutem in Domino sempiternam.

§.2. Cum jam pridem per Patres Provinciae nostrae Sancti Josephi de Jucatan, in Regno novae Hispaniae, de communi omnium consensu ad litium occasiones extirpandas, determinata fuerit Alternativa in electione Ministri Provincialis, & aliorum Officialium, confirmataque per Reverendissimum P. Fratrem Joannem Merinero Ministrum Generalem, ac postmodum omnimode roborata in Capitulo Generali Toleti celebrato Anno millesimo sexcentesimo quadagesimo quinto, quo non obstante in pacis dispensium, aliquando executi non fuit per Commissarios Generales, & Commissarios Visitatores illius Regni sub variis pretextibus; Nobis humiliter P. V. suo, & totius Provinciae nomine, supplicari fecit, quatenus praedictam Alternativam iterum confirmare, & sub gravibus poenis observari mandare, dignaremur.

Et Generalis illius approbat.

§.3. Hinc est, quod pro nostri muneris ratione praedictae Provinciae tranquillitati, meliorique gubernio providere volentes Alternativam praedictam denuo approbamus, ratificamus, & confirmamus. Praecipientes pro ejus inviolabili observatione Commissariis Generalibus novae Hispaniae nunc, & pro tempore existentibus in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis latae sententiae poena, ut praedictam alternativam inviolabiliter servent & ab aliis, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet, servari curent: alioquin si eos in hac parte deliquisse compertum,

fuerit, ad propriam Provinciam regredientes omni privilegio, titulo, immunitate, & exemptione privati remaneant. Ita praecipimus, ordinamus, & mandamus, non obstantibus quibuscumque. Datum Romae in Conventu nostro Aracelitano die 16. mensis Maii Anno 1664.

Fr. Michael Angelus de Sambuca Minister Generalis.

Fr. Christophorus de Chaves Secretarius Generalis Ordinis.

Illamque observari mandari Emittimus Ordinis Protector.

Venerabilis Frater noster Franciscus Episcopus Portuensis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Barberinus nuncupatus Ordinis praefati apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector eandem Alternativam confirmavit pariter, & approbavit, ac inviolabiliter observari mandavit per suas quoque patentes Literas tenoris sequentis, videlicet.

Franciscus Miseratione Divina Episcopus Portuensis Cardinalis Barberinus Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarius Ordinis Minorum Sancti Francisci Protector, Corrector, & Gubernator.

Dilectis Nobis in Christo Commissario Generali novae Hispaniae Ministro Provinciali, Custodi, ac Definitoribus, ceterisque Fratribus praesentibus, & futuris Provinciae Sancti Josephi de Jucatan, in partibus Indiarum, salutem in Domino sempiternam.

Cum (sicut accepimus) ad tollendas discordias, & litium occasiones in hujusmodi vestra Provincia amputandas omnium suffragiis determinatum fuerit in electionibus Ministri Provincialis, & aliorum officialium servandam esse Alternativam, quae postmodum confirmata, & approbata fuit a praefato mem. P. Joanne Merinero, & demum in Capitulo Generali Toletano Anno 1645; nihilominus sub diversis pretextibus nonnulla in contrarium attentata, seu innovata fuerunt per Commissarios Generales, seu Visitatores, aliosque non sine animorum perturbatione, & religiose quietis detrimento; Quibus omnibus occurrere, ut par est, auctoritate nostra cupientes, audita relatione P. Ministri Generalis alternativam praefatam ex certa scientia confirmamus, & approbamus, ac inviolabiliter observari mandamus. Quocirca vobis omnibus, & vestrum cuilibet stricte praecipimus, & inhibemus, ne aliquid in contrarium quavis de causa, aut quaesito colore attentare praesumat sub poenis nullitatis, atque privationis vocis activae, & passivae, privilegiorum, & perpetuae inhabilitatis ad eadem ubique obtinenda, necnon excommunicationis latae sententiae ipso facto incurrendis. Datum Romae in Cancellaria Apostolica die 31. Maii 1664.

Fr. Idelphonus Salizanes Minister Generalis.

Agapitus Colottius Secretarius. §.3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, praefati Exponentes praemissa quo firmiter subsistant, & serventur

Confirmatio Apostolica per litteras.

exactius, apostolica confirmationis nostra patrocinio communiri summopere desideret: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Alternativam in electione Ministri Provincialis, & aliorum Officialium supradictae Provinciae Sancti Josephi de Jucatan, sicut praemittitur, stabilitam, & roboratam, a memoratis Francisco Cardinale Protectore, & Michaeli Angelo Ministro Generali confirmatam, & approbatam, expeditasque desuper respective eorundem, Francisci Cardinalis Protectoris, & Michaelis Angeli Ministri Generalis literas patentes praefertat auctoritate apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolica firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.4. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciae, & Ordinis praefatorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die septima Julii 1664. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CDLXXXV.

Confirmatio quorundam Statutorum Provinciae Franciae Ordinis B. Joannis Dei

in Capitulis generalibus dicti Ordinis ab anno 1645. Romae celebratis, cum participatione Eminentissimi D. Cardinalis Ginetti Protectoris.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provinciae Franciae de charitate nuncupat. Ordinis B. Joannis Dei, quod in Capitulis Generalibus dicti Ordinis ab anno 1645. celebratis in hac Alma Urbe cum participatione, & consensu Venerab. Fratris nostri Martii Episcopi Sabinen. S. R. E. Cardinalis Ginetti nuncupati ejusdem Ordinis apud Nos & Sedem Apostolicam Protectoris facta, & stabilita fuerunt, statuta infra scripta in eadem Provincia Franciae deinceps observanda, videlicet.

Quod Fratres Galli debebunt de triennio in triennium celebrare Capitula Provincialia, ubi electo per eos Praesidente Capituli celebrandi, eligent pariter Provinciales, Priores, & duos Assistentes Provinciae, qui a dicto Praesidente confirmabuntur; Novus autem Provincialis statim atque electus fuerit, habebit, & debebit exercere munus Vicarii Generalis, & illi, & non alii debet Superior Generalis Ordinis praefati mittere patentes Literas Vicariatus Generalis. Deinde quod sequuto Provincialis obitu, subintrabit in ejus officium ejus Antecessor immediatus, illoque ex causa morbi, vel aliter impedito, succedet qui eum precessit, & hoc quoque deficiente primus Assistentis Provinciae; deficientibus autem omnibus istis, primus Prior secundum Ordinem Conventuum. Et Provincialis sic substitutus habebit eandem auctoritatem, quam habebat defunctus Provincialis, ac exercebit ambo officia Provincialis, & Vicarii Generalis quousque alius Provincialis in proximo Capitulo, quod tempore solito celebrabitur, electus fuerit. Quod si Superior Generalis Capitulum in quinto mense celebrationem illius praecedente non intimaverit, ad Provinciales spectabit ejusmodi intimationem facere. Praeterea quod Superior Generalis non concedet ulli Religioso dictae Provinciae Literas dimissoriales ad effectum suscipiendi Sacros Ordines, nisi prius viderit attestacionem de vita, & moribus ejusmodi Religiosi subscriptam a Superiore majori Provinciae, ac a Superiore familiae, in qua dictus Religiosus reperietur, & ubi per aliquod tempus habitaverit; Quod si aliquis Religiosus sese contra formam jam dictam ad Ordines promoveri curaverit, in Italia retineri debet, si autem in Franciam redire voluerit, interdictum ei erit exercitium Sacrorum Ordinum perinde ac si Religionis habitum dimisisset, juxta dispositionem quorundam felic. recordat. Pauli Papae V. Praedecessoris Literarum die 1. Julii 1609., ut asseritur, emanatarum.

Supplicatio.

Cum

Ex Pontifice illam confirmat.

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

Dat. die 7. Junii 1664. An. X.

Ex Regest. in Secr. brev.

Petunt a Pontifice praedicti statum confirmacionem.

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

Dat. die 15. Julii 1664. An. X.

Ex Regest. in Secr. brev.

Exordium.

§.2. Cum autem, sicut eadem expostio subiungebat, praefati exponentes statuta hujusmodi, ut firmius subsistant, & ferventur exactius, Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desideret; Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, consilio, attentis narratis, & habita desuper per eisdem Cardinales relatione, ac voto memorati Martii Cardinalis Protectoris, praesertim statuta auctoritate Apostolica tenore presentium benigne approbamus, & confirmamus, atque executioni demandari jubemus, quatenus tamen ejusdem Ordinis Constitutionibus praesertim Apostolica auctoritate roboratis non repugnent.

§.3. Decernentes easdem presentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 15. Julii 1664. Pontificatus nostri Anno X.

CDLXXXVI.

Confirmatio quorundam Definitionum in Definitorio Capituli Generalis Congregationis observantiae Lombardiae Ordinis Eremitarum S. Augustini cum interventu Emi D. Cardinalis Pallotti Protectoris, & Praesidentis pro felici gubernio ipsius Congregationis factarum.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. Acrosancti Apostolatus Officii, quod auctore Deo gerimus, sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christifidelium, qui spretis mundi illecebris, Altissimi ob-

sequi sese sub suavi Religionis jugo nanciparunt, uberesque bonorum operum, fructus assidue proferre satagunt, curam gerentes, eosque peculiari charitate profectantes, illa, quae pro felici eorum in via Domini directione, prosperoque gubernio provide, sapienterque constituta esse noscuntur, pro firma, illibataque permaneant, & inviolabiliter ferventur, apostolici muniminis nostri patrocinio constabilimus.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Maria Luranus Procurator Generalis Congregationis Observantiae Lombardiae Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, quod in Definitorio Capituli Generalis dictae Congregationis novissime in Alma Urbe nostra celebrati, cum interventu Venerabilis Fratris nostri Joannis Baptistae Episcopi Albanen. S. R. E. Cardinalis Pallotti nuncupati, praefati Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, dictique Capituli nostro, & ejusdem Sedis nomine Praesidentis facta fuerunt pro felici ejusdem Congregationis regimine, & gubernio nonnullae Definitiones tenoris, qui sequitur, videlicet.

Definitiones factae in Definitorio Capituli Generalis Congregationis Observantiae Lombardiae Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini in Conventu Sanctae Mariae de Populo Romae celebrati Sabbato ante Dominicam quartam post Pascha Resurrectionis Anno Domini 1664. intereffertibus Eminentissimo, & Reverendissimo D. Domino Joanne Baptistae Episcopo Albanensi S. R. E. Cardinali Pallotto totius Ordinis S. Augustini Protectore, ac ejusdem Capituli Generalis Praesidente, & admodum RR. PP. Hieronymus de Sauliano Vicario Generali noviter electo, Donato de Bergamo Vicario Generali absoluto, ac Angelo Maria de Mediolano, Fulgentio de Casali, Francisco de Menenio, & Joanne Carolo Maria de Genua Definitoribus; necnon Julio Casare de Lauda, & Joanne Francisco de Vitelliana Visitatoribus, Carolo de Ponte Vico, & Carolo di Immo loco Patrum Angeli de Pontenico, & Modesti de Cremona Visitatorum absentium subrogatis; necnon aliis opportune subrogatis in locum aliquorum ex praedictis respective prout in actis capitularibus.

Cum qui praesunt, zelum divini cultus sedulo induere in sollicitudine debeant, ac circa commissum sibi gregem vigiles semper admonere teneantur oculis, hinc est, quod in praedicto Capitulo Generali Congregationis observantiae Lombardiae Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini in Conventu Sanctae Mariae de Populo Romae, ut supra celebrato, praefatus Eminentissimus, & Reverendissimus Dominus Joannes Baptistae Episcopus Albanensis S. R. E. Cardinalis Pallottus totius Ordinis Sancti Augustini vigilantissimus Protector, ac ejusdem Capituli Generalis Apostolicus Praesidentis a Sanctissimo Domino nostro Alexandro Papa VII. per literas in forma Brevis sub die septima Maii ejusdem An-

Expositio.

Ordinationes factae a Definitorio generali.

ni 1664. emanata specialiter deputatus, & prædicti alii RR. PP. integrum completum, & canonicum Corpus Definitorii perficientes unicuique dictæ Congregationis Religio verba illa S. Paramiastes memorantes: *Si volueris mandata servare conservabunt te*, sequentes mandarunt, & ordinaverunt Definitiones, videlicet.

I. Declaratum, & decretum fuit, ne dum Definitores, verum etiam Visitatores, Lectoratus gradu esse debere insignitos, eorumque sufficientiam per Lecturas, aut Prædicationes, vitæ probitate accedente, a Patre Vicario Generali, & Examinatoribus deputatis per secreta suffragia, majori parte votorum concurrente, in literis patentibus ab eodem Patre Vicario Generali expeditis cognoscendam, & approbandam esse; absentibus autem, aut deficientibus Examinatoribus, vel aliquo eorum, Patrem Visitatorem Generalem alios assumere debere, quos idoneos judicaverit.

II. Neminem imposterum posse in Priorem alicujus Conventus eligi, aut deputari, qui trigessimum ætatis annum non compleverit, & duodecimum ad minus in Congregatione post professionem laudabiter vixerit; omninoque vetitum sit Patri Vicario Generali pro tempore creare, aut deputare aliquem in Priorem, non servata forma, & non concurrentibus requisitis, ac conditionibus in Constitutionibus, & Definitionibus, etiam præsentibus præfixis; quod si ipse Pater Vicarius Generalis contrafecerit, decretum fuit, ipsum utraque voce privatum saltem per triennium remanere, hujusque pœnæ declarationem, & executionem ad Definitorium spectare.

III. Prævia confirmatione, & quatenus opus sit innovatione Definitionis duodecime in Capitulo Generali Romano 1644. decretum fuit Priores creatos, & creandos post prædictam Definitionem, & Capitulum, nullatenus posse habere vocem in Capitulo Generali, prærogativisque, ac titulo Priorum eatenus gaudere, quatenus fuerint in actuali gubernio Conventuum, quo peracto redire teneri ad suæ professionis locum sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ per sexennium.

IV. Decretum fuit, quod illi, qui ratione Lecturæ, seu Prædicationis locum, & vocem super alios respective vigore Definitionis XIII. præfati Capituli Generalis Romani 1644. obtinuerint, eundem locum, & prærogativam retineant etiam respectu eorum, qui locum, & vocem ex vi dictæ Definitionis post ipsum affectu fuerint, licet professione anteriores.

V. Decretum fuit, quod inter Priores, quibus Prioratus gradus fuerit in eodem Definitorio collatus præcedentia illi competat, qui in Professione fuerit anterior etiam si forsan in posteriori sessione ejusdem Definitorii fuerit in Priorem Conventus constitutus.

VI. Cum legitimam, seu rationabilem causam, propter quam liceat Prioribus recusare, seu non acceptare, aut renuntia-

re actuali gubernio Conventuum, fuit decretum quod si hujusmodi recusatio, non acceptatio, aut renunciatio facta fuerit durante Capitulo generali, seu Dieta ad iudicium Definitorii pertineat; si autem extra tale tempus acciderit ad Patrem Vicarium Generalem iudicium spectet etiam auctoritate Capituli Generalis, seu Dietæ cum voto saltem quatuor ex Patribus, qui jus habeant ingrediendi Definitoria.

VII. Quoad Lectorum creandorum examen non modo servari debere ea, quæ disponuntur in Definitione XVI. Capituli generalis Romani 1644., & in Capitulo generali Cremonensi 1650. sed ulterius præscriptum fuit, quod his, qui ad Lecturatum consequendum examinandi sunt dentur tria puncta, seu quæstiones sorte extractæ ex diversis tractatibus summæ Divi Thomæ per viginti quatuor horas ante super quibus lectionem, sive explanationem latino idiomate facere teneantur coram Examinatoribus, a quibus Conclusiones ex materiis explanatis impugnandæ erunt solventes ipsi objectiones. Præceptum autem fuit prædicta omnia, ut supra disposita ita servari, ut aliquo non servato totum quod gestum fuerit irritum sit, & inane, & P. Vicarius Generalis subiaceat pœnis superioris taxatis.

VIII. Decretum fuit, quod in postulatione conventuali Priorum ad Capitulum generale mittenda, quæ per ballottationem fieri debet, præcedat nominatio a quolibet Vocali Conventus, saltem duorum, quæ quidem nominatio per schedulas fiat manu unius, vel plurium scriptas, ut secretum magis servetur, & illi tres, qui a pluribus fuerint in schedulis nominati, imbutulentur, & ballottentur in primo, secundo, & tertio loco ad præscriptum nostrarum Constitutionum.

IX. Modus recipiendi Novitios ad habitum in Congregatione assignatus in definitione XX. Capituli Generalis Romani 1644. omnino fuit reductus ad præscriptum Decreti Sanctiss. D. N. Alexandri Papæ VII. pro recipiendis Novitiis in Congregatione nostra emanati. Attestationes autem, & petitiones ex vi præfati Decreti ad Patrem Visitatorem mittendæ ad eundem non transmittantur, nisi per manus Patris Vicegerentis loci, seu Conventus cujus nomine Novitius acceptatur.

X. Caputium nimis latum, & Manicæ capparum nimis late prohibita sint, & decretum fuit, quod Manicæ non excedant in circumferentia quatuor palmos Romanos, & caputia ad cubitos non pertingant, & in anteriori parte zonam non cooperiant sub pœnis arbitrio Patris Vicarii Generalis.

XI. Fuit Decretum, quod Lectores, qui Lecturas Scholasticas actu non exercent, aut Prædicationibus non sunt additi jussu Prioris docere teneantur Grammaticalia Clericos Grammaticæ instructionibus indigentes sub pœna privationis Lectoratus si docere recusaverint.

Refo-

XII. Resolutum, & Decretum fuit omnium actorum Capitulum Generalem, & Dietarum, item omnium Decretorum Sacrarum Congregationum Curie Romanæ, necnon omnium Literarum Apostolicarum, tam sub plumbo, quam sub Annulo Piscatoris concernentium interesse Congregationis; Item omnium instrumentorum piarum dispositionum, legatorum, sententiarum, seu decretorum jura omnium, & singulorum Conventuum, Congregationis tangentium, originalia accurate, & diligenter conserventur in Archivo Congregationis in Conventu Sanctæ Mariæ de Populo Romæ ad id specialiter deputato, in loco bene tuto, & securo cum crate ferrea, & porta valida, & bene firmata, tribus clavibus observanda, quarum una pœnes Priorem dicti Conventus, alia pœnes Procuratorem Generalem pro tempore, & alia pœnes Religiosum, ejusdem Conventus a Capitulo ejusdem Conventus eligendum remaneant, & copie in authentica forma omnium prædictarum scripturarum conserventur in Archivo altero Congregationis assignato in Conventu Sancti Augustini Cremonæ cum qualitatibus pro Archivo Romano descriptis, & una ex tribus clavibus servetur pœnes Priorem Conventus pro tempore, & alia duæ pœnes Syndicos ejusdem Conventus, & alia copia similiter authentice prædictarum omnium scripturarum in alio pariter Archivo Congregationis conserventur, assignando in Conventu Sancti Jacobi in Carignano Genuæ cum iisdem, prorsus conditionibus supra assignatis, expensis interesse habentium, retineatur tamen in Archivo cujuslibet Conventus copia pariter authentica omnium instrumentorum, & scripturarum ad eundem Conventum spectantium.

Quorum omnium executio strictè injungitur P. Vicario Generali, ut omnino infra annum curet illorum implementum, & Patres Visitatores de hujusmodi implemento in Visitatione sedulo inquirent, & ubi opus fuerit, prædicta adimpleri curent, & faciant, & in proximo Capitulo Generali accurate, & fideliter referant.

XIII. Decretum fuit, quod ex mille quingentis duplis aureis Hispaniarum depositis Taurini ex retractoru Conventus Sancti Nicolai de Broù Borgia Brixie, qui quidem contractus locum habeat ad formam, & præscriptum Literarum Apostolicarum Sanctissimi Domini nostri, & non alias aliter, nec alio modo &c. transmittantur quo nunc Romam hic integre persolvenda scuta quatuor mille monete Romanæ, ad effectum investiendi in locis montium non vacabilium Romanæ Curie Cameralium, seu Communitatum dictam integram summam scutorum quatuor millium monete Romanæ, & reliqua, quæ supersunt, relinquuntur ad commodum unius, vel plurium Conventuum Regionis Pedemontium nostræ Congregationis juxta intencionem datum Serenissimo Sabaudia Ducis, vel illius

Bull. Rom. Tom. VI. Pars VI.

Ministris, & hujusmodi applicatio fiat ad commodum unius, vel plurium dictorum Conventuum cum onere summam præfatum investiendi in bonis stabilibus liberis, & securis, & quod talis applicatio sit remissa ad arbitrium P. Vicarii Generalis præsentis, reservato beneplacito Apostolico, & non alias aliter, nec alio modo.

XIV. Decretum fuit ulterius, quod fructus percipiendi ex dictis scutis quatuor millibus monete Romanæ investiendis in tot locis montium non vacabilium Cameralium, seu Communitatum ex retractoru prædicti Conventus Sancti Nicolai de Broù ad favorem, & in creditum Congregationis nostræ applicentur, & expendantur tantum pro urgentiis, & necessitatibus extraordinariis præfate Congregationis a Definitorio Capituli Generalis cognoscendis, & approbandis per vota secreta tribus saltem ex quatuor partibus concurrentibus; ita tamen ut si omnes fructus prædicti, vel pars ipsorum in hujusmodi necessitatibus, & urgentiis servata forma prædicta non expendantur, investiri debeant in tot locis montium similium, & hoc idem faciendum sit de fructibus percipiendis tam de locis montium primo acquirendis, quam de aliis emendis ex fructibus succellive percipiendis. Quæ quidem loca montium ex fructibus, ut præfertur, emenda, & multiplicanda, remaneant sub libera dispositione prædicti Definitorii Capituli Generalis pro tempore, ad effectum tamen erogandi prædictos fructus non nisi in gravioribus necessitatibus, & contingentiis nostræ Congregationis, tribus saltem ex quatuor votorum partibus concurrentibus per vota secreta, reservato pro subsistentia præsentis definitionis beneplacito Apostolico, & non alias aliter, nec alio modo.

XV. Item decretum fuit, quod mille Dupla aurea Hispaniarum, quæ hodie remanent pœnes Patres Discalceatos Ordinis S. Augustini Congregationis Franciæ, & quæ juxta dispositionem Literarum Apostolicarum Sanctissimi Domini nostri super cessione præfati Conventus S. Nicolai de Broù solvendæ sunt a dictis Patribus Discalceatis, cum ad manus, & commodum dictæ nostræ Congregationis pervenerint, tunc investiendæ sint in tot locis montium non vacabilium Romanæ Curie Cameralium, seu Communitatum, ad favorem ejusdem Congregationis eisdem modo, & forma, tam quoad sortem prædictam, quam quoad fructus, & alia in omnibus, & per omnia, ut supra dictum est, de scutis quatuor millibus investiendis ex Duplis mille, & quingentis retractoribus cessione præfati Conventus S. Nicolai, & depositis Taurini, & de fructibus subinde percipiendis.

XVI. Statutum, & decretum fuit, quod in futurum ad Capitulum Generale convenire debeant tantum P. Vicarius Generalis actualis, Patres Vicarii Generales absoluti, Patres Definitores, & Visitatores actuales, Pater Procurator Generalis, Pa-

D ter

ter Socius, seu Scriba P. Vicarii Generalis actualis, P. Secretarius Congregationis, licet alias in Capitulo generali vocem non haberet, & Patres Priores actuales, & qui juxta Definitionem 13. Capituli Generalis Romae celebrati de Anno 1644. votum obtinuerint, exclusis Patribus Prioribus vacantibus, & Patribus Discretis ex gravissimis causis in Definitorio propositis, & plene discussis, reservato tamen beneplacito Sedis Apostolicae, & non alias aliter, nec alio modo.

XVII. Statutum fuit, quod in futurum Patres omnes Vicarii Generales absoluti ingredi possint Definitoria tam Capituli Generalis, quam Dietae, & alia etiam extraordinaria, cum voto una cum Patribus Vicario generali pro tempore, seu Vicario generali absoluto respectivo, & quatuor Patribus Definitoribus, & quatuor Visitatoribus electis, seu subrogatis, cum prerogativa tamen non solum praecedentia respectu Definitorum, & Visitatorum praedictorum, verum etiam Praesidentiae in casibus, in quibus Praesidentia alias spectasset ad primum Definitorem: hoc tamen ordine, & modo, ut inter plures Vicarios Generales absolutos illi Praesidentia competat, qui alias Praesidentiae munus non obierit, & inter plures, qui eodem Praesidentiae munere functi non fuerint, is praefertur, qui ante alios munus Vicariatus Generalis adimpleverit; & si omnes Vicarii Generales absoluti praedicto munere Praesidentiae aliquando functi fuerint, tunc inter illos per circulum, is praesidere debeat, qui prius Vicarii Generalis Officium exercuerit: & successive ii, qui postea eodem officio functi fuerint, non concurrente tamen alio, qui munus dictae Praesidentiae nunquam impleverit, qui semper praefertur iis, qui aliquando praefato munere Praesidentiae functi fuerint. Quod Vicarii Generales absoluti ineligibiles sint, & incapaces Officii Definitorum Generalium, & Visitatorum Generalium, & dummodo ex omnibus qui, ut supra, jus habent ingrediendi Definitorium, novem praesentes sint subrogationi vice-absentium, seu deficientium locus non sit, reservato tamen Beneplacito Apostolico, & non alias aliter, nec alio modo.

XVIII. Decretum fuit, quod pro bono Congregationis, & felicitate directione gubernii illius in futurum Patres omnes, qui jus habent ingrediendi Definitorium Capituli Generalis, conveniant ad celebrationem ejusdem Definitorii pro secunda Dominica post Pascha Resurrectionis; ita ut ante electionem Patris Vicarii Generalis, quae facienda est Sabbato ante Dominicam tertiam fieri possint Definitiones, Decreta, & Statuta, quae hactenus fiebant post electionem Patris Vicarii Generalis: & praedicti, qui convenire debent, omnino id exequantur sub poenis arbitrio ejusdem Definitorii infligendis, quatenus sine rationabili, aut legitima causa non accesserint.

XIX. Ad fovendam humilitatem, &

obedientiam regularem, exercendam justitiam distributivam, & providendum laudabili otio, & quieti Religiosorum, decretum fuit, quod in futurum Religiosi, qui per sex annos continuos munus quodcumque jurisdictionis exercuerint, sive Vicarii Generalis, sive Definitoris, aut Visitatoris per electionem, sive Prioris actualis, a quocumque ex praedictis muneribus indispensabiliter per biennium vacare debeant.

XX. Statutum fuit, quod in futurum acta Visitationum, tam P. Vicarii Generalis, & illius Commissariorum, quam Patrum Visitatorum deferenda sint ad Capitulum Generale, & deferenda in Definitorio ejusdem Capituli ante electionem Patris Vicarii Generalis congregando, ad effectum, ut opportuno provideri possit, prout justitia, religiosa prudentia, & zelus dictaverit, etiam in electionibus faciendis.

XXI. Pro majori Dei servitio, beneficio Congregationis, ac illius perfectiori observantia, aliisque justis de causis insinuatis, & mature perpensis, decretum fuit, quod in futurum (servato tamen Beneplacito Sedis Apostolicae, & non alias aliter, nec alio modo) tempus durationis Munerum Vicarii Generalis, Definitorum, & Visitatorum per electionem, necnon Priorum actualium singulorum Conventuum, non amplius ad biennium, sed ad triennium perduret, & Dieta non nisi in secundo anno celebrari possint.

XXII. Stantibus Definitione, & Decreto superius facto pro duratione munerum, & guberniorum ad triennium, ex altero pariter Decreto de vacatione biennali post sex annos jurisdictionalis regiminis, decretum fuit, quod in posterum vacatio, non quidem per biennium tantum, sed per triennium perduret respectu munerum in eodem Decreto expositorum; quo vero ad Patrem Vicarium Generalem, qui functus sit munere Vicarii Generalis, ad idem munus ineligibilis sit per sexennium, reservato Beneplacito Apostolico, & non alias aliter, nec alio modo.

XXIII. Decretum fuit, quod id, quod statutum est de duratione triennali munerum Patris Vicarii Generalis, & aliorum, ut supra, idem observandum sit quoad durationem munerum Patrum Procuratoris Generalis, Socii, seu Scribae, & Secretarii Congregationis pro tempore existentium, reservato Beneplacito Apostolico, & non alias, &c.

XXIV. Statutum, & decretum fuit quod eveniente casu mortis, seu cujuscumque alterius legitimi, & canonici impedimenti P. Vicarii Generalis pro tempore, quo munus Vicarii Generalis per alium exercendum foret, tunc si dictus casus accideret intra sex menses proximos ante celebrationem Capituli Generalis, gubernium Congregationis devolvatur ad P. Vicarium Generalem proxime absolutum superstitem, seu legitime, & canonice non impeditum, usque ad proximum Capitulum Gene-

Generale celebrandum tempore superius statuto durationi gubernii ad triennium, in reliquis ad formam Constitutionum; si autem casus, de quo supra, evenerit ante sex menses praedictos, tunc delato gubernio P. Vicario generali absoluto praedicto, procedatur intra duos menses (& interim quo citius fieri poterit) ad electionem novi Vicarii Generalis: Et ad electionem opportuno tempore advocentur Patres Vicarii Generales absoluti, quatuor Definitores, quatuor Visitatores, Procurator Generalis, Socius, & Secret. Congregationis, & his competat jus eligendi Patrem Vicarium Generalem alias eligibilem, & capacem, & non vacantem ad formam Decreti superius emanati, duraturum usque ad Capitulum Generale proxime celebrandum; satisque erit, si ex praedictis nominatis Electoribus saltem duodecim conveniant, & reperiantur in electione praedicta; si autem in minori numero, quam duodecim, convenerint usque ad eundem numerum duodecim ab his, qui praesentes fuerint, subrogentur alii, qui alias vocem in proximo Capitulo habituri essent, & qui, ut praefertur, electus fuerit ineligibilis omnino sit in Vicarium Generalem in proximo Capitulo celebrando, reservato beneplacito Apostolico, & non alias &c.

XXV. Confirmatae, & quatenus opus sit innovatae fuerunt, Definitiones in Capitulo generali Romano de anno 1644. editae, & emanatae in omnibus praesentibus non adversantibus.

XXVI. Ne praedictarum Definitionum exequutio oblivioni tradatur, districte praecipitur Prioribus omnibus localibus, ut post illarum receptionem, & publicationem eas inferere, & colligare faciant in libro Regulae post antiquas Definitiones sub poena privationis officii, & aliarum arbitrio Patris Vicarii Generalis: quas poenas pariter subibunt, si eas singulo quoque mense coram fratribus in publica Mensa legi non curaverint.

Et supplicetur Sanctissimo D. N. pro confirmatione in forma specifica omnium praedictarum Definitionum per Breve Sanctitatis Suae.

Jo: Baptista Episcopus Albanen. Cardinalis Pallottus Protector, & Praeses.

Fr: Franciscus Maria de Cremona Procurator Gen. manu propria.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, praefatus Franciscus Maria Procurator Generalis definitiones hujusmodi, quo firmiter subsistant, & serventur exactius, Apostolicae confirmationis nostrae praesidio communiri summopere desideret: Nos ipsius Francisci Mariae Procuratoris Generalis votis favorabiliter annuere cupientes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum

Bull. Rom. Tom. VI. Par. VI.

atum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnes, & singulas definitiones praesentatas in Definitorio Capituli Generalis hujusmodi factas, ut praefertur, cum omnibus, & singulis contentis in illis auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisq; inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui in illis quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.3. Decernentes eadem praesentes literas, ac definitiones praesentatas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter, & inconculse observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, & gentium adhibeatur, quae ipsimet praesentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel offensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Julii 1664. Pontificatus nostri Anno X.

CDLXXXVII.

Confirmatio Declarationis Pii V. quod Conventus Sanctae Mariae super Mineravam de Urbe Ordinis Praedicatorum sit primus inter Conventus Provinciae Romanae, cum novo Decreto quod ab eadem Provincia separari nequeat.

Decretum irritans.

Contraria decoret.

Trans sumptis credi mandat.

Dat. die 18 Julii 1664. An.X.

Ex Regest. in Secr. Brev.

A Pontifice confirmantur.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio.

§.1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Conventus Sanctæ Mariæ super Minervam de Urbe Provinciæ Romanæ Ordinis Prædicatorum, quod cum dictus Conventus unus ex magis conspicuis Provinciæ, & Ordinis hujusmodi Conventibus semper fuerit, fel. rec. Pius Papa V. Prædecessor noster informatus quod idem Conventus, vel rationabili ordinatione Patrum, vel usu plurium annorum continuatione deducto locum habebat super omnes alios ejusdem Provinciæ Conventus; ad tollendam de cætero omnem in hac parte ambiguitatem, & hæstationem, vivæ vocis oraculo bo: me: Michaeli Bonello, dum vixit S. R. E. Cardinali Alexandrino nuncupato ea semper re facto declaravit, ac decrevit, & statuit, ut deinceps perpetuis futuris temporibus idem usus servari deberet, ac Prior dicti Conventus tanquam Provinciæ Capituli in communibus actionibus, & Conventibus, seu Capitulis ejusdem Provinciæ primum locum, & vocem haberet super omnes aliorum Conventuum dictæ Provinciæ Priores; salvis jure Magisterii in Theologia, & aliis exceptionibus per Constitutiones, vel Ordinationes dicti Ordinis expressis, non obstante antiquitate cujusvis alterius Conventus (si probari posset) aliisque contrariis quibuscumque, & alias prout contineri dicitur in literis patentibus præfati Michaelis Cardinalis desuper expeditis tenoris, qui sequitur, videlicet.

Litteræ Patentis Card. Alexandrini ut in rubrica.

Michael Bonellus Miseratione Divina S. R. E. Tituli Sanctæ Mariæ supra Minervam Presbyter Cardinalis Alexandrinus nuncupatus. Universis, & singulis, ad quorum notitiam hæc nostræ pervenerint fidem facimus, & attestamus qualiter Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus Noster Pius divina providentia Papa PP. V. informatus qualiter in Romana Provinciæ Ordinis Prædicatorum Conventus Sanctæ Mariæ super Minervam, vel rationabili Ordinatione Patrum, eo videlicet, quia eadem Provinciæ ab Urbe Roma denominatur, vel usu a pluribus annis continuatione deducto locum habet super omnes alios ejusdem Provinciæ Conventus; ad tollendam de cætero omnem in hac parte ambiguitatem, & hæstationem, vivæ vocis oraculo Nobis hac infra scripta die, facto declaravit, immo decrevit, ac statuit, ut deinceps perpetuis, futuris temporibus idem usus servari debeat, ac Prior dicti Conventus tanquam Provinciæ Capituli in communibus actionibus, & Conventibus, seu Capitulis ejusdem Provinciæ primum locum, & vocem habeat super omnes aliorum Conventuum dictæ Provinciæ Priores; Salvis jure Magisterii in Theologia, & aliis exceptionibus per Constitutiones, & Ordinationes dicti Ordinis expressas, non obstante antiquitate cujusvis alterius Con-

ventus (si probari posset) aliisque in contrarium facientibus quibuscumque. In quorum fidem has fieri, & manu nostra subscriptas, nostri sigilli iussimus appositione muniri. Datum Romæ in Palatio Apostolico die 21. Novembris 1566. Pontificatus ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Pii Anno Primo.

F. Michael Bonellus Cardinalis Alexandrinus.

Locus & Sigilli.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, præfati Exponentes præmissa quo firmiter subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostre patrocinio communitur, & alias opportune desuper, ut infra a Nobis indulgeri summopere desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, declarationem, ac Decretum, & statutum a memorato Pio Prædecessore, sicut præmittitur, facta, & a præfato Michaeli Cardinale attestata, expeditaque desuper ipsius Michaelis Cardinalis Literas patentes præinsertas, cum omnibus, & singulis contentis in illis auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Pontifex confirmat.

Et Conventus S. Mariæ super Minervam in Provincia Romana caput declarat.

§.3. Præterea supradictum Conventus S. Mariæ super Minervam ad præfata Provinciæ Romanam semper in futurum spectare, nec ab illa quovis modo separari posse, sed uti Caput ejusdem Provinciæ supradictæ præcedentia gaudere debere, auctoritate, & tenore prædictis decernimus, ac statuimus, & ordinamus.

Decretum iudicium.

§.4. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quaquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Claufula generalis.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dictorum Ordinis, & Provinciæ, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Lit-

Lit-

Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 29. Julii 1664. An.X.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 29. Julii 1664. Pontificatus nostri Anno X.

CDLXXXVIII.

Ex Regest. in Secr. Brev.

Prorogatio subsidii quadringentorum viginti millium ducatorum annuorum super fructibus Ecclesiasticis Universarum Hispaniarum, & Sardinie pro Rege Catholico ad quinquennium.

Chavissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico.

ALEXANDER PAPA VII.

Charissime in Christo fili noster salutem, & apostolicam benedictionem.

Motiva.

§.1. **M**agnis causis adducti, concessionem subsidii annui quadringentorum, & viginti millium ducatorum ex fructibus, & redditibus Ecclesiasticis Civitatum, & locorum Regnorum Universarum Hispaniarum, ac etiam Sardinie clar. mem. Philippo II. Avo tuo Hispaniarum Regi Catholico a fel. rec. Pio V. ad certum tunc expressum tempus factam, & deinde pluries etiam a Greg. XIII., Sixto V. Greg. XIV. Clemente VIII., ac Paulo V. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris eidem Philippo Avo, & clar. similiter memoriæ Philippo V. etiam Hispaniarum Regi Catholico genitorum tuis, & a re. me. Urbano VIII., & Innocentio X. Romanis Pontificibus Prædecessoribus pariter nostris per diversas eorum respective, & præsertim dicti Clementis sub dat. die 9. Februarii 1592. Pontificatus sui Anno Primo, & die 17. Junii 1600. Pontificatus item sui Anno IX., & die 30. Octobris 1603. Pontificatus similiter sui Anno XII., ac dicti Pauli sub dat. die 21. Junii 1605. Pontificatus sui Anno I., & die 7. Septemb. 1611. Pontificatus item sui Anno VII., & die 12. Novembris 1615. Pontificatus pariter sui Anno XI., & die 21. Octobris 1619. Pontificatus etiam sui Anno XV. necnon præfati Urbani, die 26. Martii 1624. Pontificatus sui Anno I., & die 3. Maji 1634. Pontificatus pariter sui Anno XI., & die 2. Junii 1635. Pontificatus item sui Anno XII., & die 9. Januarii 1639. Pontificatus etiam sui Anno XVI. ac d. Innocentii Prædecessorum die 2. Januarii 1645. Pontificatus sui Anno I., & die 22. Maii 1651. Pontificatus etiam sui Anno VII., & novissime a Nobis die 18. Apr.

lis 1662. Pontificatus nostri Anno VIII. per nostras in simili forma Brevis expeditas literas Majestati tuæ ad quinquennium prorogatas, literasque omnes desuper confectas (quarum tenores presentibus haberi volumus pro expressis) motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine ad aliud quinquennium a fine ultimodicti quinquennii, ut præfertur prorogati numerandum extendimus, & prorogamus Et nihilominus eidem Majestati tuæ illud ipsum annum subsidium quadringentorum, & viginti millium ducatorum cum omnibus, & quibuscumque indultis, facultatibus, concessionibus, clausulis, & decretis in aliis tam Pii quam Greg. XIII., Sixti V., Gregorii XIV., Clementis VIII., Pauli V., ac Urbani VIII., & Innocentii X. Prædecessorum præfatorum, ac nostris literis contentis ad præfatum quinquennium a fine quinq; annorum ultimo concessorum, ut præfertur, Apostolica auctoritate tenore presentium concedimus, & assignamus.

Ad aliud quinquennium subsidium prorogatur Pontif.

Ex Regest. mandata.

§.2. Ac propterea dilectis filiis moderato, & pro tempore existenti nostro, & Sedis Apostolicæ apud Majestatem tuam nuncio, necnon Iosepho Gonzalez jam ejusd. subsidii Exactoribus, Commissariis generalibus, & eorum cuilibet plenam, & liberam in præmissis facultatem, & auctoritatem tribuimus per se, vel alium, seu alios quos ad id idoneos duxerint, ad executionem præmissorum, ac alias juxta facultates per dictos Prædecessores alii Commissarii, & exactores, ac ipsis concessas, omni, & quacumque appellatione postposita procedendi, aliisque faciendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna.

Claufula subseq.

§.3. Non obstantibus præmissis, necnon omnibus aliis, quæ dicti Prædecessores voluerunt in suis, & Nos quoque volumus in nostris literis præfatis respective non obstante, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§.4. Ut autem presentes literæ cum opus fuerit facilius ad omnium notitiam deduci possint, decernimus, ut earundem transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 29. Julii 1664. Pontificatus nostri Anno X.

Dat. die 29. Julii 1664. An.X.

CDLXXXIX.

Confirmatio Alternativæ inter Observantes, & Reformatos Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci, quod una vice eligatur Commissarius Generalis Familie Cismontanæ ex Reformatis, & altera ex Observantibus, hac tamen conditione, ut tres Definidores Generales eligantur

Ex Regest. in Secr. Brev.

ex